Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

in terra ressen quia detestant egyp
tij omnes pastores ouium. xlvij

Ingressus ergo ioseph: nuntiauit pharaoni dicens: pater meus et fratres: oues eorum et armenta: et cuncta que possident: venerunt de terra chanaan: et ecce constituit in terra ressen. extremos quoque fratrum suorum quinque viros: constituit coram rege. Cumque ille interrogauit eos quid habetis opus. Responderunt: pastores ouium sumus serui tui: tam nos quam patres nostri. ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum ingrauescente fame in terra chanaan. petimusque ut esse nos iubeas seruos tuos in terra ressen. Dixit itaque rex ad ioseph. pater tuus et fratres tui venerunt ad te. Terra egypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare: et trade eis terram ressen. Quod si nosti in eis esse viros industrios: constitue illos magistros pecorum meorum. Post hec introduxit ioseph patrem suum ad regem: et statuit eum coram eo. Cumque benedixisset illi: et interrogatus ab eo: quot sint dies annorum vite tue: tradidit. Dies peregrinationis vite mee centum triginta annorum sunt. parum et mali et non peruenerunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege. egressus est foras ioseph. vero patri et fratribus suis dedit possionem in egypto in optimo terre solo ramasses: ut preceperat pharao: et alebat eos. omnemque domum patris sui habens singulos singulis. Cum toto enim orbe panis deerat: et opprimebat fames terram nimis. egypti et chanaan. et illius omnes peruenerunt egredientes pro vendendo frumento: et intulit eum in conspectum regis. Cumque deficeret emptoribus pecunia: venit cuncta egyptus ad ioseph dicens. Da nobis panes. cur coram morimur coram te deficiente pecunia. Cumque ille tradit adducite pecora vestra: et dabo vobis pro eis cibos. si pecunia non habetis. Cum eum adduxisset. dedit eis alimenta pro equis et ouibus et bobus et asinis: pastentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo: et dixerunt ei: Non celamus domino meo quod deficiente pecunia. pecora quoque defecerunt: nec latet te esse: quod absque liberis corporibus et terra nichil habemus. Cur ergo moriemur te videente. et nos et terra nostra tui erimus. Emne nos in seruitutem regiam et plebem tuam cum pecunia cultore redigat terra in solitudinem. Emit igitur ioseph omnem terram egypti: vendentibus singulis possessionem suam propter magnitudinem famis. Subiecitque ea pharaoni et cunctos populos eius a nouissimis finibus egypti usque ad extremos fines eius. preter terram sacerdotum que a rege tradita fuerat eis: quibus et statuta cibaria ex horreis publicis ministrabant. et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad populos. En ut cernitis et vos et terra vestra pharaonis possidet. accipite semina et serite agros: ut fruges hec possitis. Quinta parte regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem et in cibum familiis et liberis vestris. Cum vendisset. Salus mea in manu tua est. respiciat nos tuus dominus et leti seruiemus regi. Ex eo tempore usque in presentem diem in omnem terram egypti regibus quinta pars solutum est. et factum est quasi in legem. absque terra sacerdotum que libera ab hac sunt. Habitauit ergo israhel in egypto id est in terra ressen et possedit eam: auctusque est et multiplicatus